

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.****Wersja krakowska.**

Rękopis Zakładu Narodowego im. Ossolińskich, sygn. Oss. 832/I, k. 2vb–3ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 47–48 [Gn. 46]

[47] lxviii. De viro danto uxori sua edific[icia].

Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et coram vicinis suis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si decedit de hac luce sine prole, et si heres suus super bona [k. 3ra = k. VIII] eadem loqui voluerit post mortem, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestari poterit, ~~obtaineis<sup>a</sup>~~ quod ei data fuerit. Si autem fundus et edificia proprialiter viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata, quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis, quin suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia fuerint bona, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensus, vel proprietatis domini consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut mobilia bona habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis.

<sup>a</sup> skreślone ręką autora podstawy

[48] lxvi. De viro habente mercimonia.

Si autem <vir<sup>a</sup>> habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerunt cum sua uxore potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradiccione.

<sup>a</sup> na marginesie

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość, towar]